Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8209
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

despicat vnigenitus filius suus victus pactu
patrem vrosset. Malachie 3° capo
In die iudicij Ecce ego mitto angelum meum et preparabit
viam ante faciem meam Et statim veniet ad
templum suum dominator quem vos quaeritis et angelus
testamenti quem vos vultis Ecce venit dicit dominus
exercituum Et quis poterit cogitare diem adventus eius et quis stabit ad videndum eum Ipse
enim qui ignis conflans et qui herba fullonum Et
sedebit conflans et emundans argentum et purgabit filios leui Et conflabit eos qui duos
et quasi argentum Et erunt domino offerentes
sacrificia in iustitia Et placebit domino sacrificium
iuda et hierusalem sicut dies seculi et sicut annis antiquis
Et accedam ad vos in iudicio Et ero testis
velox maleficis et adulteris et periuris Et qui
calumniatur mercedem mercenarij et iniuriam vi:
duae et pupillos et opprimunt peregrinum ut
euertant me dicit dominus exercituum Ego
sum dominus et non mutor Et vos filij iacob
non estis consumpti Diebus patrum vestrorum
recessistis a legitimis meis et non custodistis
Reuertimini ad me et reuertar ad vos dicit
dominus exercituum Et dixistis in quo reuertemur
Si configet homo deum quia vos configistis me Et
dixistis in quo confiximus te In decimis et in pri:
mitiis et in penuria Vos maledicti estis
De decimis